Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

que dicebant factu est autem cum appropinquaret
iericho: cecus quidam sedebat secus uiam mendicans
Et cum audiret turbam pertransiente: interrogabat
quid hoc esset Dixerunt autem ei: quod iesus
nazareenus transiret Et clamauit dicens: iesu fili
dauid miserere mei Et qui preibant increpabant
eum ut taceret: ipse uero multomagis clama
bat Fili dauid miserere mei Stans autem iesus:
iussit illum adduci ad se Et cum appropinquasset
interrogauit illum dicens Quid tibi uis faciam
At ille dixit Domine: ut uideam Et iesus dixit
illi Respice fides tua te saluum fecit Et continuo
uidit: et sequebatur illum magnificans deum
Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo Off
Benedictus es domine doce me iustificationes tuas benedictus
es domine doce me iustificationes tuas in labiis meis pronun
tiauj omnia iudicia oris tui Sec Hec hostia quesumus
domine emundet nostra delicta: et sanctificet celebran
dum subditorum tibi corpora mente seque sanctificet Pcd
Manducauerunt et saturati sunt nimis et desiderium
eorum attulit eis dominus non sunt fraudati desiderio suo Cpl
Quesumus omnipotens deus ut qui celestia alimenta
percepimus: prosint nobis ad uersa mundi
nostri Ad accedes Audiuimus domine quam magna
est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respi
ce nos domine Ps Saluum me fac deus quoniam intrauerunt
aque usque ad animam meam Inuitatorium Humiliemur: hymnum cantare
et tibi iejunemus et plorem coram domino quia multum
misericors est dimittere peccata nostra deus nostr Iuxta uesti
bulum et altare plorabunt sacerdotes et leuite ministri
domini et dicent parce domine parce populo tuo et ne dispes ora